- L. 2. β'. Ἡ διάταξις αὕτη νομοθετοῦσα λέγει· τοὺς μὲν κατὰ ἰδιωτῶν αὐτοῦντας ἀποκαταστάσεως βοήθειαν τῷ ἄρχοντι τῆς ἐπαρχίας προσίεναι, καὶ ἐκείνον τὴν αἰτίαν διαγινώσκοντα διακρίνειν, εἰ ὀφείλει δίδοναι τὴν ἀποκατάστασιν. Ἐὰν δὲ κατὰ τοῦ δημοσίου αἰτῆται ἀποκατάστασις, παρὰ τῷ καθολικῷ μετὰ τοῦ ἄρχοντος τῆς ἐπαρχίας βούλεται τοῦτο γενέσθαι, παρόντος μὲντοι τοῦ συνήγουρου τοῦ δημοσίου. περὶ πολλῶν δὲ ἀδελφῶν τῆς διατάξεως αὕτη ἀντιγράφει.

x) διὰ deest in indice titulorum Coisl. y) Theod. inserit τά. α) Theod. ἐπ' αὐτῆς. Haud recte. α) Theod. αὐτοῖς ὀφείλει τοῖς νέοις.

defendebat et restitutionem petere volebat. Constitutio igitur desiderium eius admittens ita rescribit: Licet in delictis aetate excusari neminem constet, matri tamen, quae filiis tutores aetatis lubrico lapsa non petit, eorum minime denegari successionem convenit, quum hoc ius in matribus maioribus tantum obtineat.

TITULUS XVIII.

Si adversus usucapionem.

- I. Si qui res pupillorum aut minorum tenentes longa possessione dominium earum quaesierint, restitutionis auxilium ipsis minoribus tribui debet.

TITULUS XIX.

Si adversus fiscum.

I. Quum lex vetet, ne quis cum dispensatore Principis contrahat citra consensum Rationalis, neve is, qui ita contraxerit, si quidem dispensatori quidpiam dederit, quid recipiat: si vero quid ab eo acceperit, id in duplum restitui iubeat: minor quidam vigintiquinque annis cognomento Probus Rufino cuidam, dispensatori Principis, rem suam maiore pretio dignam minimo pretio vendidit. Et ipse quidem de pretii vilitate querebatur, iustum pretium consequi volens, quoniam circumscriptus venderat. Dispensator autem sive fisci administrators ne minimum quidem pretium minori solvere volebant, dicentes: citra consensum Catholici cum dispensatore contraxisti, nec pretium petere potes. Minor igitur Principem adiit, et Princeps ita rescripsit: Si Probus in minore aetate constitutus circumventus a Rufino, dispensatore nostro, venditionem rei praecipiti animo pretio longe minore contrahere festinavit: iuris publici fiscus noster in iure restitutionis sequetur auctoritatem. Summa igitur constitutionis haec est, ut minor, in quibus restitutione dignus est, etiam adversus fiscum restitutionem recte petat.

II. Haec constitutio ait, eos, qui adversus privatos constitutionis auxilium desiderant, Praesidem provinciae adire, eumque causa cognita aestimare, an restitutio sit tribuenda. Quodsi adversus fiscum restitutio petitur, apud procuratorem Caesaris cum Praeside provinciae id fieri vult, praesente tamen advocato fisci. De pluribus autem fratribus haec constitutio rescribit.

γ. Ἐγγως^{b)} πολλαχοῦ καὶ μάλιστα ἐν τῇ δευτέρῃ ἰνστιτουτίῳ τίτλῳ ἔκτῳ, ὅτι, ἥνίκα ὁ δημοσίος πιπράσκει τὸ ἀλλότριον, νενομοθέτηται ἀπὸ διατάξεως Μάρκου καὶ Κομμόδου, εἰς ὃν μόνον πέντε ἐνιαυτῶν τὸν δεσπότην τοῦ πράγματος δύνασθαι τὸ ἴδιον ἐκδικεῖν· ἐνθα φέρει τὴν Ζήνωνος διάταξιν, βουλομένην τὸν ἀγοράσαντα παρὰ τοῦ δημοσίου εὐθέως ἔχειν τὸ ἀσφαλές καὶ μηκέτι ἐνάγεσθαι περὶ τοῦ πράγματος. ἔλθωμεν τοίνυν ἐπὶ τὸ προκείμενον. ἐλάττων τῶν εἰκοσιπέντε ἐνιαυτῶν ἐχρεώσεται τῷ δημοσίῳ, καὶ προφάσει τοῦτον τοῦ χρέους πέπρακεν ὁ καθολικὸς καὶ κτήμα αὐτοῦ καὶ ἀνδράποδα. ἀλλ' ἐτελεύτησεν οὗτος ὁ ἐλάττων ἐπὶ νύκτῃ κληρονόμῳ. καὶ προσῆλθεν οὗτος τῷ βασιλεῖ λέγων· ἐπειδὴ ἐλάττωνος ὄντος τοῦ πατρὸς μου, πέπρακεν ὁ καθολικὸς τὰ πράγματα αὐτοῦ, οὐκ ἔχει δὲ χώραν ἢ Μάρκου διατάξεις, ἢ τὴν πενταετίαν εἰσηρησαμένην ἐν τοῖς διαφέρουσι πράγμασι τῷ ἐλάττωνι, παρακαλῶ τὰ πεπραγμένα παρὰ τοῦ καθολικοῦ πράγματα ἀπολαβεῖν. προσετίθει δὲ ὅτι κατὰ περιγραφὴν τινα ἦτοι συμπαιγνίαν τοῦ πωλήσαντος τὰ πράγματα καθολικοῦ πάνν ἐλάττωνος τιμήματος καὶ ὁ ἀγρὸς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καὶ τὰ ἀνδράποδα ἐπράθη. πρὸς δὴν τοίνυν τὴν δέησιν ὁ βασιλεὺς ἀντιγράφει οὕτως· Ἐν^{c)} μὲν τῷ δόγματι τοῦ Θειοτάτου Μάρκου τοῦ ξιοῦ πατρὸς τὰ πράγματα τῶν ἐλαττόνων ὑπεξαιρέσθαι^{d)}, οὐδὲν τῇ σῆ βοηθεῖ αἰτήσῃ· ἐπειδὴ χρέους ἕνεκα τοῦ πατρὸς τοῦ ἐλάττωνος ἢ καὶ αὐτοῦ τὰ κτήματα πεπραγμένα τῆς παραγραφῆς τῆς πενταετίας οὐδεμίαν δέχονται ζήτησιν. ἀλλ' ἐπειδὴ κατὰ συμπαιγνίαν ἦτοι ἀπάτην τοῦ κατ' ἐκείνο καιροῦ καθολικοῦ ἡμῶν πάνν ἐλαχίστον τιμήματος τὸν ἀγρὸν τὸν σὸν μετὰ τῶν^{e)} ἀνδραπόδων πεπράσθαι διαβεβαιώται^{f)}, εἰ προσελευσθεῖς ὁ καθολικὸς ταῖς σαῖς διδασκαλίαις προσεῖναι πίστιν καὶ μηδὲ πεφυλάχθαι τὴν συνθήθειαν τῶν δημοσίων πράσεων καταλάβῃ, σοῦ τὸ ἱκανὸν τῷ δημοσίῳ ποιούντος, ἀνακαλουμένης τῆς πράσεως, τὸν ἀγρὸν σοι ἀποκαταστήναι κελεύσει.

TITULOS K.

Ἐὰν κατὰ τοῦ δανειστοῦ^{g)}.

α'. ἡ) Ἐδάνεισέ τις γυναικί, ἣτις ἐλέγετο Ζηνοδόρα· ἦν δὲ ἐλάττων τῶν εἰκοσιπέντε ἐνιαυτῶν γυνή· καὶ κακῶς δαπανησάσης τῆς γυναικὸς τὰ δανεισθέντα χρήματα καὶ βουλομένης αἰτῆσαι παρὰ τοῦ πραιτωροῦ τὴν ἀποκατάστασιν εἰς τὸ μὴ κατέχεσθαι τῷ δανειστῇ, ἀντέθηκεν ὁ δανειστὴς αὐτῇ· ὅτι πλουσιωτέρα γέγονας, ἐξ ὧν ἐδανείσω, καὶ οὐ κακῶς ἀνάλωσας αὐτά· καὶ ἀπαιτηθεῖς δεῖξαι, ἐν τίνι γέγονεν ἡ γυνὴ πλουσιωτέρα, οὐκ ἔσχυσεν. ὁρῶν οὖν ὁ δανειστὴς, ὅτι μέλλει ὁ πραιτωρ παρέχειν τῇ γυναικί τὴν ἀποκατάστασιν, προσῆλθε τῷ βασιλεῖ· πρὸς ὃν ὁ βασιλεὺς ἀντέγραψεν οὕτως· Ὅποτε καὶ αὐτὸς ὁμολογῆς, μετὰ Ζηνοδόρας ἐλάττωνος τῶν εἰκοσιπέντε ἐνιαυτῶν συναλλάξαι, καὶ μὴ δε-

III. Didicisti pluribus in locis, et praecipue Institutionis secundae titulo sexto, cum fiscus rem alienam vendit, constitutione Marci et Commodi cautum esse, ut intra quinquennium tantum rei dominus eam vindicare possit: ubi Zenonis constitutionem refert, quae eum, qui a fisco emit, statim securum esse, nec amplius ea de re conveniri vult. Ad rem igitur propositam accedamus. Minor annis vigintiquinque fisci debitor erat, et debiti huius praetextu Catholicus et praedium eius et mancipia vendiderat. Minor autem hic decesserat filio herede relicto: qui Imperatorem adiit dicens: quia Catholicus patre meo in minore aetate constituto res eius vendidit, constitutio autem Marci, quae quinquennium introduxit, in rebus ad minorem pertinentibus locum non habeat, postulo, res a Catholico venditas recuperare. Addidit autem, per fraudem quandam sive collusionem Catholici res distrahentis nimis exiguo pretio et fundum patris sui et mancipia esse vendita. Ad totum igitur hunc libellum Princeps ita rescribit: In edicto quidem D. Marci parentis nostri res minorum excipi, nihil tuum adiuvat desiderium: siquidem debiti causa patris minoris vel etiam ipsius praedia venumdata quinquennii praescriptionis nullam admittunt quaestionem. Sed quoniam per collusionem sive fraudem tunc temporis procuratoris nostri nimis exiguo pretio fundum tuum cum mancipiis venumdatum asseveratur: si aditus Rationalis tuis allegationibus adesse fidem, nec servatam fiscalium venditionum solemnitate animadvertit, fisco te satisfaciente, revocata venditione fundum tibi restitui iubebit.

L. 3.
C. II. 37.

TITULUS XX.

Si adversus creditorem.

I. Zenodora mulieri quidam mutuam pecuniam dederat: erat autem mulier minor annis vigintiquinque: et cum mulier pecuniam mutuo datam male consumsisset, et a Praetore restitutionem petere vellet, ne creditori teneretur, creditor ei obiciebat, eam ex iis, quae mutua acceperat, locupletiore factam esse, nec eam male consumsisse: cumque ab eo exigeretur, ut doceret, qua in re mulier locupletior facta esset, non potuit. Creditor igitur, cum videret, Praetorem mulieri restitutionem daturum, Principem adiit: ad quem Princeps ita rescripsit: Cum et ipse confitearis, cum Zenodora minore vigintiquinque annis contraxisse, nec docere potuisse Praetori, viro clarissimo,

L. 1.
C. II. 38.

b) Quod Reitzius notat ad Harmenop. Lib. III. Tit. III. §. 83. in Suppl. Thes. Meerm. p. 176. not. 31. Fabrotum legem 3. C. II. 37. ex longiore alicuius Icti veteris ἐξηγήσει potius, quam ex veris Basilicis descripsisse videri, ubi expressim ex Inst. Lib. II. Tit. 6. utriusque Imperatoris, Marci et Commodi, nomen afferatur, id ei assentiri nequeo. Saepissime enim in Basilicis rescriptis Imperatorum species factorum praemittuntur, quae causam rescriptis dederint. Mirum tamen est, unde in Basilicis et Synopsi Commodi mentio facta sit, quum Inst. Lib. II. Tit. 6. §. 14 et L. 3. C. II. 37. Marcus tantummodo nominetur. c) Theod. τὸ μὲν κ. τ. λ. His verbis cap. 3. h. t. Theod. incipit: quae praecedunt, apud eum desunt. Reliqua usque ad finem habet. d) Theod. ὑπεξαιρέσθαι. Haud dubie scribere voluit librarius ὑπεξηροῦσθαι. e) τῶν omittit Theod. f) Sic legit Theod. Fabr. διαβεβαιώσαι. Sed si asseveras vertendum est, esse deberet διαβεβαιοῦ. g) Theod. et index titulorum Coisl. τῶν δανειστῶν. h) Theod. brevem hui. cap. exhibet epitomen ad lectionem Basilicorum nihil facientem.

δυνῆσθαι σε διδάξαι τὸν πραιτωρα τὸν λαμπρότατον ἄνδρα, ὡς ἐκ τοῦ συναλλάγματος πλουσιωτέρα γέγονεν ἢ γυνή, γινώσκεις αὐτὴν ἀξίως εἰς ἀκέραιον ἀποκαταστάσαν.

L. 2.
C. II. 38.

β'. Ὅμοια τῇ προλαβούσῃ καὶ αὕτη νομοθετεῖ· λέγει γάρ· Ἐάν, ὡς διδάσκεις, ἐλάττων ὑπάρχων τοῖς ἐνιαυτοῖς χρήματα εἰς δάνειον ἔλαβες καὶ ταῦτα οὐκ εἰς τὰ οὐκ πράγματα προεχώρησαν, κατὰ τοῦ ἐγγράφου, δι' οὗ δνόμεαι τούτου τοῦ χρέους ἔνοχος εἶ, τῆς εἰς ἀκέραιον ἀποκαταστάσεως τὴν βοήθειαν δύνασαι νομίμως ἐξαιτῆσαι.

TITΛΟΣ ΚΑ'.

Ἐάν τις ἑαυτὸν¹⁾ τῆς κληρονομίας ἀπόσχη.

L. 1.
C. II. 39.

α'. Οἱ ἐλάττονες εἰς κληρονομίαν προσκαλούμενοι προσῆλθον βασιλεῖ, λέγοντες, ὡς οὐκ ἐνέμιζαν ἑαυτοὺς τῇ πατρὶα κληρονομία, οὐ μὴν ἐχρήσαντο περὶ τούτου διαμαρτυρία πρὸς τοὺς δανειστὰς τοῦ πατρὸς. πρὸς αὐτοὺς οὖν ἀντιγράφει ὁ βασιλεὺς οὕτως· Ἐάν^{κ)} ὑμεῖς¹⁾ τῇ πατρὶα κληρονομία οὐκ^{μ)} ἐνεμίξατε, ἢ^{ν)} διὰ τούτο τὸ πρᾶγμα διαμαρτυρία ἀναγκαῖα ὑμῖν οὐκ ἦν· ὁπότε ἢ πιστὸς τῆς ἀληθείας τὴν ἀπὸ τῶν ῥημάτων βοήθειαν οὐκ ἐπίζητεῖ. εἰ δὲ ἐνεμίξατε ἢ διακατοχὴν ἔλαβετε, διὰ τὴν ἡλικίαν, ἢ τινι συντρέχειν εἰώθαμεν, τῆς ἀποκαταστάσεως τὴν βοήθειαν λαβεῖν ὀφείλετε^{ο)}.

L. 2.
C. eod.

β'. Διατιθέμενός τις ἐγγόνῃ αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ υἱοῦ τοῦ αὐτεξουσίου ἐνεστήσατο κληρονόμον, ὑπέξουσιαν οὖσαν τοῦ ἰδίου πατρὸς. ἀλλὰ καὶ ὁ κατὰ μητέρα πάππος δαύτης τῆς ἐγγόνης αὐτὴν ἔγραψε κληρονόμον. μετὰ δὲ τὴν τούτων τελευτὴν ὁ πατὴρ τῆς ἐγγόνης τῆς γραφείσης κληρονόμος, οὐκ ἐκέλευσεν αὐτῇ, καταδέξασθαι τὰς τῶν πάππων αὐτῆς κληρονομίας· ἴσως γὰρ ὑπόπτευν ὁ τῆς νεωτέρας πατῆρ, ἢ ἀπόρους ἢ ἄλλως πως ἐπιζημίους εἶναι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καὶ τοῦ πενθεροῦ. ἐνδραυλομένου δὲ ὕμῳ τοῦ καιροῦ τῆς ἐκ τῆς διαθήκης διακατοχῆς, ἐτελεύτησεν ὁ τῆς νεωτέρας ταύτης πατῆρ καὶ κατεδέξατο τὴν τούτου κληρονομίαν ἢ νεωτέρα· τουτέστιν ἐνέμιξεν ἑαυτὴν. ἐραθύμησε δὲ εἰσω τῶν ἐπιλειπομένων ἡμερῶν τῇ ἐκ τῆς διαθήκης διακατοχῇ, αἰτήσῃ αὐτὴν ἦτοι διαμαρτυρασθαι, ὡς κατεδέξατο τὴν διακατοχὴν. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἐξέπεσε τῆς τῶν δύο πάππων αὐτῆς κληρονομίας· ἀλλὰ μετὰ τὴν αὐτεξουσίτητα εὐροῦσα τὴν πατρῶαν κληρονομίαν, ἐν ἣ ἐνέμιξεν ἑαυτὴν, ἄπορον, δι' ἀποκαταστάσεως ἀπέφυγε τὴν τοῦ πατρὸς κληρονομίαν. καὶ ἀλοθανομένη, ὡς διεπέσε καὶ τῆς τῶν πάππων αὐτῆς κληρονομίας, ὡς μὴ ἐν καιρῷ τὴν διακατοχὴν κτησαμένη, βούλεται ἐπὶ τῇ κτήσῃ τῆς παππίας κληρονομίας λαβεῖν τὴν ἀποκατάστασιν. καὶ ἀντιγράφει πρὸς αὐτὴν ἢ διάταξις οὕτως· Εἰ ὅτε οἱ πάπποι σου ἐν διαθήκῃ σε κληρονόμον καταλελοίπασιν, οὐκ ἐκληρονόμησας, ἐλεύθερόν σοι ἐστὶ, παραιτησαμένη τὴν πατρῶαν σου διαδοχὴν τῆς εἰς ἀκέραιον ἀποκαταστάσεως βοήθειαν, ἢ τινι σαυτὴν τῷ τῆς ἡλικίας δικαίῳ^{ρ)} εἶναι ὠχρωμένην, τὴν κληρονομίαν τῶν γονέων κατασχέιν.

Nov. 119.
cap. 6.

γ'.⁹⁾ Πρὸς τούτοις θεσπίζομεν, ὥστε, εἴπερ^{ρ)} συμ-

ε) Index titulorum Cōisl. αὐτόν. κ) Iude ab ἐάν usque ad finem hoc cap. habet Theod. λ) Theod. εἰμῶς. Quod praeferrem. μ) Theod. μή. ν) ἢ deest apud Theod. ο) ὀφείλετε apud Theod. recentiore manu adscriptum est. ρ) Deest λέγεις vel simile quid. ϑ) Hoc cap. 3. etiam Theod. habet, sed iisdem literis scriptum, quibus ἐρημνέα scripta est. ρ) Theod. addit ἔρα.

ex contractu locupletiozem factam esse mulierem, intelligis, eam merito in integrum restitutam.

II. Similia superiori constitutio et haec sancit. Ait enim: Si, ut allegas, minor annis pecuniam foeneratori accepisti, nec in rem tuam ea versa est, adversus cautionem, per quam huius debiti nomine obligatus es, in integrum restitutionis auxilium potes solemniter postulare.

TITULUS XXI.

Si quis se hereditate abstineat.

I. Minores, qui ad hereditatem vocabantur, adierunt Imperatorem dicentes, paternae hereditati se non immiscuisse, nec tamen ob eam rem testificatione utebantur apud creditores patris. Ad eos igitur ita Imperator rescribit: Si vos paternae hereditati non immiscuistis, ob eam rem testificatio necessaria non fuit, cum fides veritatis verborum adminiculum non desideret. Quod si vos immiscuistis vel bonorum possessionem accepistis, propter aetatem, cui subvenire solemus, restitutionis auxilium accipere debetis.

II. Testator quidam neptem suam ex filio sui iuris constituto, quae in patris sui potestate erat, heredem instituerat. Sed et avus maternus huius neptis eam heredem scripserat. Post mortem eorum pater neptis heredis institutae non iussit, eam adire hereditates avorum suorum: fortasse enim pater minoris suspicabatur, vel non esse solvendo vel alio modo damnosas hereditates patris sui et soceri. Intra statutum tamen tempus bonorum possessionis secundum tabulas pater huius minoris decessit eiusque hereditatem minor adit, hoc est, immiscuit se. Neglexit autem intra dies, qui supererant bonorum possessioni secundum tabulas, petere eam vel testationem acceptae bonorum possessionis ostendere: et ut summatim dicam, duorum avorum hereditates amisit. Verum sui iuris facta, cum paternam hereditatem, cui se immiscuerat, non solvendo esse comperisset, per restitutionem patris hereditatem repudiavit: et cum intelligeret, se etiam avorum suorum hereditatem amisisse, quod intra statutum tempus bonorum possessionem non accepisset, ad acquirendas avitas hereditates restitutionem impetrare vult: eique constitutio in hunc modum rescribit: Si, cum avi tui testamento te heredem reliquissent, hereditates eorum non adisti, liberum tibi est, repudiata paterna successione per in integrum restitutionis auxilium, quo te aetatis iure dicis esse munitam, hereditatem parentum tuorum obtinere.

III. Ad haec sancimus, si minores hereditate sibi

βαίη, τοὺς νέους βούλεσθαι ἀποστῆναι τῆς εἰς αὐτοὺς περιελθούσης καὶ καταδεχθείσης παρ' αὐτῶν κληρονομίας, εἰ ^ς) πάντες οἱ δανεισταὶ παρόντες εὐρεθῆεν^ι) ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις, ἐν οἷς ἢ εἰς ἀκέραιον ἀποκατάστασις αἰτεῖται, καλεῖσθαι παρὰ τοῦ ἄρχοντος τοὺς δανειστάς καὶ παρόντων πάντων ἀφίστασθαι τοὺς νέους τῆς τοιαύτης κληρονομίας. εἰ δὲ πάντες ἢ τινες τῶν δανειστῶν ἀπόντες εἴεν, κελεύομεν, τοὺς νέους ^η) βουλομένους τοῦτο πράττειν, τῷ τῶν τόπων ἄρχοντι, ἐν οἷς αὐτοὶ διάγονσι, προσιέναι· ἐκείνον δὲ διὰ τῶν ^ν) συνειδησιμῶν κληρονομάτων καλεῖν τοὺς δανειστάς, καὶ εἰ ἐντὸς τριῶν μηνῶν προθεσμίας μηδ' αὐτῶς παραγένονται οἱ δανεισταί, ἔξεῖναι τούτοις δίχα κινδύνου τῆς τοιαύτης ἀναχωρεῖν κληρονομίας· προνοοῦντος τοῦ ἄρχοντος, παρ' ᾧ ἢ εἰς ἀκέραιον ἀποκατάστασις πράττεται, ποῦ ὀφείλει τὰ κληρονομιαῖα πράγματα κινητὰ τε καὶ ἀκίνητα φυλάττεσθαι· τῆς ποσότητος δηλαδὴ τούτων διὰ δημοσίας ἀπογραφῆς κατὰ πρόξεν ^ω) ὑπομημάτων φανερουμένης.

ΤΙΤΛΟΣ ΚΒ'.

Ἐάν τις τὴν ὀρισθεῖσαν κληρονομίαν ἢ ^ς) τὴν τῶν ὑπαρχόντων διακατοχήν, ἢ τι ἄλλο ^γ) ἀποκτήσῃται.

α'. ^ς) Τοὺς ἐλάττονας τῶν εἰκοσιπέντε ἐνιαυτῶν οὐ μόνον ἐν οἷς ἀποκτῶνται τῆς ἰδίας περιουσίας πράγματα, ἀλλὰ καὶ εἰ κληρονομίαν κατενεχθεῖσαν αὐτοῖς ^α) μὴ ὑπειέλθωσι, δύνασθαι τὴν εἰς ἀκέραιον ἀποκατάστασιν ἔξαιτεῖν πάσαι ἤρεσεν.

β'. Ἐάν οἱ ἐλάττονας τὴν ἀρμόζουσαν αὐτοῖς ἐπὶ τῇ πατρῴᾳ διαδοχῇ διακατοχήν παραλείψωσι, ἤδη ἤρεσεν, αὐτοὺς τὴν τῆς ἀποκαταστάσεως ἔχειν ἐδεργείαν. ἐπειδὴ δὲ διὰ τῆς ἀποκαταστάσεως δοκοῦσιν ἤνικεναι τὴν διακατοχήν, ἀναγκάζονται συνεισφέρειν τὰ ἴδια πράγματα, ἅπερ εἶχον ἐν καιρῷ τῆς τοῦ πατρὸς αὐτῶν τελευτῆς.

ΤΙΤΛΟΣ ΚΓ'.

Ἐν αἷς αἰτίαις εἰς ὀλόκληρον ἀποκατάστασις ἀναγκαία οὐκ ἔστιν ^β).

α'. ^ς) Ἔγνωσ, ὅτι βιαίως τελευτήσαντός τινος ὁ κληρονόμος μὴ ἐδικαῶν τὸν νόμον αὐτοῦ δήμεσιν τῆς κληρονομίας ὑπομένει. ἀλλὰ ταῦτα ἐπὶ τελείων κληρονόμων κρατεῖν ἢ προκειμένη διάταξις βούλεται· εἰ γὰρ ἐλάττονας ^δ) τῶν εἰκοσιπέντε ἐνιαυτῶν ἢ καὶ ἄνηβοι γραφέντες κληρονόμοι τῆς τοῦ τελευτήσαντος παραμελήσουσιν ^ε) ἐδικαίσεως, οὐ βούλεται αὐτοὺς ἐκ τούτου καταβλάπτεσθαι ἢ προκειμένη διάταξις· καὶ μάλιστα ἐὰν ὑπὸ τῶν ἰδίων ἐπιτρόπων ἢ κουρατώρων ^ι) οὐκ ἐδικαίκοῦντο ^β).

β'. Εἰ καὶ οἱ παλαιοὶ περὶ τοῦ χρόνου τῆς κατὰ τῆς διαθήκης μέμψως διεφώνησαν, ὅμως γίνωσκε, ὡς

ς) Theod. inserit μέν. δ) Theod. pro εὐρεθῆεν habet ἐκείθεν. η) τοὺς inserendum est. Ceterum τοὺς νέους apud Theod. deest. ν) Theod. τόν. ω) Theod. male τάξιν. ς) ἢ deest in indice titulorum Coisliniano. γ) Index Coisl. ἄλλο τι. ς) Cap. I. habet Theod. α) Theod. αὐτῶν. β) Index Coislinianus addit: καὶ περὶ ὑπερθέσεως καὶ ἐπιτροπῆς. ε) Theod. cap. I. totum habet. δ) Theod. ἐλάττων. ε) Theod. παραμελήσουσι τῆς τοῦ τελ. ἐκδ. ι) Theod. κουρατώρων. γ) Theod. ἐξεδικοῦντο.

delata et ab iis suscepta abstinere velint, si omnes creditores praesentes iis in locis deprehendantur, in quibus in integrum restitutio postulat, ut creditores a magistratu evocentur, et praesentibus omnibus minores eiusmodi hereditate se abstineant. Quodsi omnes vel quidam ex creditoribus praesto non sint, praecipimus, ut minores, qui abstinere volunt, magistratum locorum, in quibus ipsi degunt, adeant: ille vero solemnibus edictis creditores evocet: et si intra trium mensium spatium non venerint creditores, liceat minoribus, sine periculo ab eiusmodi hereditate recedere: et magistratus, apud quem in integrum restitutio agitur, prospiciet, quo loco res hereditariae mobiles et immobiles custodiri debeant: quantitate scilicet earum per publicam descriptionem actis intervenientibus manifestanda.

TITULUS XXII.

Si quis hereditatem certam, vel bonorum possessionem vel quid aliud omiserit.

I. Minores vigintiquinque annis non tantum in his, quae ex bonis propriis amiserunt, verum etiam si hereditatem sibi delatam non adierint, posse in integrum restitutionem postulare, iam dudum placuit.

L. 1. C. II. 40.

II. Si minores competentem sibi in paterna successione bonorum possessionem omiserint, in integrum restitutionis beneficium eos habere iam pridem placuit. Sed quia per in integrum restitutionem bonorum possessionem petiisse videntur, bona propria, quae habuerunt tempore mortis patris, conferre coguntur.

L. 2. C. eod.

TITULUS XXIII.

In quibus causis in integrum restitutio necessaria non est.

I. Didicisti, heredem eius, qui per vim necatus est, si necem defuncti ultus non sit, hereditatis publicationem sustinere. Sed haec in heredibus perfectae aetatis obtinere haec vult constitutio: nam si minores vigintiquinque annis vel etiam pupilli heredes scripti, vindictam defuncti neglexerint, non vult inde eos damnum pati haec constitutio: praesertim si a tutoribus vel curatoribus suis non defendebantur.

L. 1. C. II. 41.

II. Licet veteres in tempore querelae inofficiosi testamenti dissentiant, scito tamen, id decisum esse

L. 2. C. eod.

ἐπιθήθη καὶ ἤρσεν ἀπὸ τῶν ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ τούτου τοῦ κώδικος κειμένων διατάξεων, πέντε ἔτεσιν ἀνωρεῖσθαι τὴν κατὰ τῆς διαθήκης μέμψιν. ἐξητήθη τοίνυν, εἰ ἄρα καὶ ἡ ἐλάττων ἀνομία μέμψις κατὰ τῆς διαθήκης σβέννεται παρατροχόντων τῶν πέντε ἐνιαυτῶν· ὥστε χρῆζειν αὐτὸν ἀποκαταστάσεως, ὡς ἐκπεσόντα τῶν χρόνων τῆς κατὰ διαθήκης μέμψεως. καὶ ἀντέγραψεν ὁ βασιλεὺς οὕτως^{h)}. Τὸν τῆς νεότητος χρόνον μὴ καταλογίζεσθαιⁱ⁾ εἰς ταύτην τὴν πενταετίαν τοῖς παισίν, ἧς^{k)} ἢ βοήθεια τοῖς κινουῖσι^{l)} τὴν βραδείαν τῆς διαθήκης μέμψιν ἀντιτίθεσθαι εἴωθε, προφανῶς πρότερον ἀντεγράψαμεν. πληρωθείσης^{m)} τοιγαροῦν τῆς ἡλικίας τῆς ἐννόμου οὐκ ἔστιν αὐτοῖς χρεϊώδης ἢ εἰς ἀκέραιον ἀποκατάστασις· οὐ γὰρ ἀπώλετο αὐτοῖς ἡ ἀγωγή, ἵνα ταύτην αὐτοῖς ἀνανεώσωμεν· ἀλλ' αὐτῷ τῷ νόμῳ ἀκέραιοςⁿ⁾ αὐτοῖς ἐφυλάθη ἢ^{o)} κατὰ τῆς διαθήκης μέμψις· καὶ διὰ τοῦτο οὐ χρῆζονσι τῆς ἀποκαταστάσεως.

L. 3.
II. 41. γ'.^{p)} Πᾶς ἄνθρωπος μείζων τῶν εἰκοσιπέντε ἐνιαυτῶν χρεωστῶν οὐκ αὐτῷ τῷ μὴ ἀποδιδόναι τὸ χρεὸς αὐτομάτως πιστεύεται ὑπέρθεσιν ποιεῖν· ἀλλ' ὅταν ὀχληθεὶς ὑπέρθεται τὴν ἀπόδοσιν, τότε^{q)} ὑπέρθεσιν πεποιμέναι πιστεύεται. ἀλλὰ ταῦτα ἐπὶ τῶν μειζόνων τῶν εἰκοσιπέντε ἐνιαυτῶν ἀσφαλῶς κρατεῖ· εἰ γὰρ ἐλάττων ἔσθιν ὁ χρεωστούμενος, αὐτῷ τῷ^{r)} μὴ προσαγαγεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ τὸν χρεώστην ὑπέρθεσιν πιστεύεται γίνεσθαι καὶ μὴ ὀχλήσαντι τῷ ἐλάττωνι. τοῦτο δέ, φησίν, ἐπὶ τῶν καλῆ πίστει συναλλαγμάτων κρατεῖται, καὶ ἐπὶ τῶν φιδικομύσεων^{s)} καὶ ἐπὶ τοῦ ληγάτου· τουτέστιν, ἐφ' ὧν ὁμολόγηται, μετὰ ὑπέρθεσιν καὶ^{t)} καρποδὸς καὶ τόκος ἀπαιτεῖσθαι τὸν ἀναβαλλόμενον^{u)}.

L. 4.
C. eod. δ'. Ἐγὼς ἐν τῷ περὶ ἐπιτροπῆς, ὅτι ὁ δεδομένος ἐπιτροπος καὶ ὀφείλων παρασχέιν τὴν ὑπὲρ τῆς διοικήσεως ἱκανοδοσίαν, ἐὰν μὴπω ταύτην παρέσχη, μένει μὲν ἐν τῷ νόμῳ ἐπιτροπος, διοικεῖν δὲ τὰ ὄργανικὰ πράγματα κωλύεται. ἔλθωμεν οὖν ἐπὶ τὸ προκειμένον. ἐπιτροπος δοθεὶς ἀνήβῳ κόρη, μὴ δεδωκώς δὲ τὴν ὑπὲρ τῆς διοικήσεως ἱκανοδοσίαν ἐνήγαγεν ὑπὲρ τῆς ἀνήβου, καὶ οὕτω συμβὰν ἠτήθη. ἢ τοίνυν νεώτερα βούλεται κατὰ τῆς ἀποφάσεως τῆς ἐξελεχθείσης κατὰ τοῦ ἐπιτρόπου αἰτήσαι ἀποκατάστασιν. καὶ ἀντιγράφηκε πρὸς αὐτὴν ὁ βασιλεὺς οὕτως· Ἐὰν ὁ ἐπιτρόπος σου, ὅστις ὑπὲρ τοῦ ἐπιτροπικοῦ ὀφικίου μὴ ἠσφαλίσατο, ἐν δικαστηρίῳ ἐνήγαγεν· ἢ κατὰ τοῦτου ἐξελεχθεῖσα ἀπόφασις τῷ δικαίῳ τῷ σὺ ἀντικεῖσθαι οὐ δύναται· οὐδὲ ταῦτα, ἃ τίνα παρὰ τοῦτου πεπραγμένα ἔστιν, ἴσχυρ ἔχουσι. μάτην οὖν ἀποκατάστασιν αἰτεῖς, ὅτε παρὰ τοῦτου πεπραγμένα, ὅστις τῆς ἐννόμου διοικήσεως^{v)} τὸ πρόσωπον ἐπέχει οὐκ ἠδύνατο, αὐτῷ τῷ νόμῳ ἀνυπόστατά εἰσι.

L. 5.
C. eod. ε'.^{w)} Θεσιζόμεν φειδοῖ τῆς ἀτελοῦς ἡλικίας, τὴν παραγραφὴν τῆς ἀναγωγίας ἐξ ἀρχῆς τοῖς ἐλάττωσι μὴ τρέχειν, ἵνα μὴ ἐν ὅσῳ τὴν εἰς ἀκέραιον αἰτεῖν ἀποκατάστασιν ἀναμένονοι, τί ποτε ἀναφανῆ ἐναντίον, δι' οὗ τῆ τοιαύτη εὐεργεσία ὁ ἐλάττων χρῆσασθαι οὐ δύνα-

in constitutionibus positis libro tertio huius Codicis, et placuisse, querelam inofficiosi testamenti quinque annis tolli. Quaesitum igitur est, an etiam querela inofficiosi testamenti, quae minori competit, praeterlapso quinquennio extingatur, ut restitutio ei necessaria sit, quod tempore querelae exciderit: et Imperator ita rescripsit: Adolescentiae tempus non imputari in quinquennium liberis, cuius auxilium seram inofficiosi querelam moventibus opponi solet, manifeste ante rescripsimus. Impleta igitur aetate legitima, non est iis in integrum restitutio necessaria: non enim his actio perit, ut ipsi eam restituamus: sed ipso iure integra eis querela inofficiosi testamenti servata est: et ob id non indigent restitutione.

III. Quicumque maiori annis vigintiquinque debet, non hoc ipso, quod ultro debitum non solvit, moram facere creditur, sed cum interpellatus solutionem differt, tunc moram fecisse creditur. Verum haec in maioribus vigintiquinque annis sine dubio obtinent: si enim minor creditor est, eo ipso, quod debitor sua sponte non obtulit, mora fieri videtur, licet minor non interpellaverit. Hoc autem, ait, in bonae fidei contractibus obtineat, et in fideicommissis, et in legato: hoc est, in quibus post moram fructus et usuras debere eum, qui in mora est, receptum est.

IV. Didicisti in titulo de tutelis, tutorem datum, qui satisfacere debet de administratione, si nondum satisdederit, tutorem quidem ipso iure manere, res autem pupillares administrare prohiberi. Accedamus igitur ad id, quod propositum est. Tutor pupillae datus, priusquam de administratione satisdederat, egit pupillae nomine, et inferior discessit. Pupilla igitur adversus sententiam contra tutorem latam restitutionem petere vult: eique Princeps ita rescribit: Si tutor tuus, qui pro tutelari officio non caverat, iudicio expertus est: contra cum lata sententia iuri tuo officere non potest: nec ea, quae ab eo gesta sunt, firmitatem obtinent. Frustra igitur in integrum restitutionem desideras, quando ea, quae ab eo gesta sunt, qui legitimae administrationis personam sustinere non potuit, ipso iure irrita sunt.

V. Sancimus favore imperfectae aetatis, exceptionem non numeratae pecuniae ab initio minoribus non currere, ne dum in integrum restitutionem petere expectant, aliquod emergat obstaculum, per quod huiusmodi beneficio minor uti non possit. Sed humanius

h) Haectenus Fabr. solus cap. 2. exhibet. Reliqua etiam Theod. habet. i) Theod. Ὁ τῆς νεότητος χρόνος μὴ καταλογίζεσθαι. Minus recte, quum habeat postea προφανῶς ἀντεγράψαμεν. k) Theod. post ἧς addit πενταετίας. l) Theod. κινουῖσι. m) Theod. μὴ πληρωθείσης. n) Theod. ἀκέραιον. o) Theod. ἢ τῆς κατὰ τῆς διαθήκης μέμψεως ἐναγωγή. p) Cap. 3. habet Theod. q) Haec verba apud Theod. in textu ommissa alia manu in margine adscripta sunt. r) αὐτὸ τὰ. Theod. s) Theod. pro καὶ ἐπὶ τῶν φιδικομύσεων habet: καὶ ἐπὶ τῶν δι' ἀποκαταστάσεως ὀρισθέντων δοθῆναι. Verba ἐπὶ τῶν in textu ommissa alia manu in margine adscripta sunt. t) καὶ deest apud Theod. u) Theod. addit haec: ἐπὶ δὲ τῶν στήκτων οὐχ οὕτω· δεῖ γὰρ ὀχληθῆναι τὸν χρεωστοῦντα. v) Malim τοῦ ἐννόμου διοικητοῦ. w) Theod. non ipsum textum constitutionis exhibet, sed epitomen hanc: Καὶ ἡ ἀναγωγία καὶ πᾶσα ἄλλη χρονία παραγραφὴ μετὰ εἴκοσι πέντε ἔτη ἀριθμείσθω· κρείττον γὰρ ἔστι τοῦτο καὶ μὴ δεῖσθαι ἀποκατάστασιν, ἢ ἴσως αἰτία τις ἐμποδίσαιεν· ἢ δὲ τριμνηστία καὶ τεσσαρμνηστία μετὰ τὴν ἡβην. καὶ σημειώσαι, ὅτι εἰσὶ θέματα, ἐν οἷς τρέχει ὁ χρόνος καὶ οὐκ ἔστιν ἀποκατάστασις.